



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim

Innozenz <III., Papst>

Parisiis, 1682

Archidiac. Mediolanen.

urn:nbn:de:hbz:466:1-20006

Permissus autem postmodum ab Abbatore custodia, qua tenebatur, exire, literis dimissoriis ab eisdem Abbatore & monachis impetratis, iterum appellavit. Praescriptus verò magister Simon appellationi ad sedem apostolicam facta non deferens, tam ipsum P. quād suos excommunicare præsumpsit: quos bona memoriae Celest. Papa prædecessor noster absolutos nunciari mandavit per iudices delegatos. Quocirca discretioni vestrae per apostolica scripta præcipiendo mandamus quatenus si præmissis veritas suffragatur, præfato Petro, cui dictus prædecessor noster beneficium absolutionis impedit, præbenda sua & aliis beneficiis spoliato, amotis ab eis quibuslibet illicitis detentoribus, præbendam ipsam & omnia bona sua, quae in ipsius juris præjudicium alienata dicuntur, apellatione cessante auctoritate nostra in integrum, sicut justū m̄ fuerit, restituī faciat, audituri postmodum si quid propositum fuerit quæstionis, & fine debito decisuri. Testes cogantur. Nullis &c. Datum Romæ &c. X. Kalend. Iulij.

civitatibus illis super hoc exigas & recipias juramenta, ad quas te ipse duxerat destinandum, injungimus, auctoritate tibi præsentium indulgentes ut contradictores excommunicationis sententia ferias, & terras eorum subjicias interdicto. Nulli ergo &c. Datum Romæ apud sanctum Petrum XVII. Kalend. Iulij.

NIVE NEN. EPISCOPO,
Virziliacensi & de Maceris
Abbatibus.

CVM dilectus filius G. Abbas Flavin, nuper apud sedem apostolicam moraretur, supervenit dilectus fil. A. Prior de Sinemuro, postulans instantissimè ut abbatiam Flavin, sibi restitui faceremus, qua dicebat se prætermisso juris ordine spoliatum. Nos autem dilectum filium G. tituli S. Maria Trans-Tyberim Presbyterum Cardinalem eis dedimus auditorem: in cuius præsentia fuit ex parte jambiæ Prioris proposatum quod prædecessor noster Celestin. Papa bona memoriae venerabili fratri nostro Cabilonen. Episcopo & dilecto filio Molismen. Abbatii districte præcepit, sicut in ipsius literis continetur, ut R. quondam Abbatem Flavin. omni contradictione cessante deponerent, & nisi Capitulum infra certum terminum in idoneam personam canonicè conveniret, ipsi de Prælato idoneo monasterium ordinarent. Amoto itaque Abbatæ à iudicibus nominatis, & assignato termino monachis, & de communi voluntate recepto, infra quem de substituendo pastore monasterio unanimiter providebant, electioni fuit terminus assignatus: in quo cum de facienda electione communiter tractari deberet, N. monachus frater prædicti Abbatis cum novem fanticibus suis monasterium noluit introire, sed ad ipsorum malitiam convincendam, ab aliis de consensu omnium electioni fuit alijs terminus assignatus: ad quem, præter memoratos novem in sua sicut prius contumacia perdurantes, omnes monachi convenere. Prædicti autem novem se in domo cujusdam laici receperentes, constanter asserebant quod Capitulum non intrarent, nisi electionis potestate in unum ex ipsis collata. Quod etiam Conventus facere voluit, ut scandalum schismatis vitaretur; dummodo electurus juramento firmaret quod de gremio Ecclesie meliorem secundum

Epiſt. 299.
Iis committitur
caula Abbatis
Flaviniacensis
contra Priorem
de Sinemuro.

ARCHIDIAC. MEDIOLANEN.

Epiſt. 298.
Quod heretici
ad nullas digni-
tates nec eligi
nec elegi pos-
sunt.

HIS quæ ad ampliandam fidem catholicam & reprimendam pravitatem hereticam statuuntur, auctoritatem nostram libenter impendimus & favorem. Sanè, sicut accepimus, dilectus filius noster G. sanctæ Mariae in porticu Diaconus Cardinalis, dū legationis fungetur officio in partibus Lombardia, de consilio venerabilium fratrum nostrorum Mediolanen. Archiepiscopi & Episcoporum qui ad eum Verona convenerant & quorundam etiam sapientum instituit ut de cerero heretici ad consilia & dignitates Lombardia nulla tenus admittantur, nec eligendi alios eis arbitrium conferatur, nec in eligendis personis ad eas vocem debeant aliquam obtinere. Ad id autem servandum in posterum Potestates, Consules, Consilia Lombardia astringendos constituiti juratoria cautione, & te ad recipienda juramenta eorum in quibusdam civitatibus deputavit, indulta tibi libera facultate contumaces excommunicationis & terras eorum interdicti sententiis ferendi. Nos igitur quod ab eodem Cardinali provide deliberatione statutum est ratum habentes, ut juxta mandatum ejus à